

ferrere & ur .

.iii.

Sed nerursus putet. ad sensibilia & corporalia hoc esse
vestendum. Accipe quia sic descendit & sp̄s. quem ad
modum descensurus est xp̄s. Nam & ipse cum iustu
te descendat. sicut habet. Et uidebunt filium homi
nis. uenientem in nubibus caeli. In uisitate maxima &
maiestate. Quomodo enim non est una uirtus. atq;
eadem potestas. cum unum opus. unum iudicium.
unum templum. una uiuificatio. una sc̄ificatio. unū
& iam regnum sit patris & filii & sp̄s sc̄i. Dicant
enim. in quo dissimilitudinem diuini operis arbitren
tur. Quando quidem sicut uita est cognoscere pa
trem & filium. quem admodum ipse dñs de clara
uita dicens. Haec autem est uita aeterna. ut cog
noscant te solum uerum d̄m. & quem misisti ihm
xp̄m. Ita & iam uita est cognoscere sp̄m sc̄m. Dicit
enim dñs. Si diligitis me. mandata mea seruate.
Et ego rogabo patrem. & alium paracletum dabit
uobis. ut maneat uobiscum in aeternum. sp̄s uerita
tis. quem mundus non potest accipere. quia non
uidet eum nec cognoscit. Vos autem scitis eum.